Dieu lui dit qu'il avait deux fils, l'un par nature, l'autre par adoption, et il lui montrait ce dernier dans la personne de Dominique. Comme elle s'étonnait de cette assimilation entre une pure créature et Dieu Créateur, le Seigneur ajouta, pour expliquer sa pensée: *De même que mon Fils, engendré par nature, est mon Verbe, ainsi mon fils adoptif est porteur et propagateur de ce même Verbe. Car il a reçu, pour lui et pour ses Frères, un don singulier d'entendre la vérité de mes paroles et de ne point s'en départir. En outre, de même que mon Fils par nature ordonna au salut des âmes toute sa vie et toutes ses opérations, qu'elles regardassent la doctrine ou les exemples, ainsi mon fils Dominique consacra ses efforts à délivrer les âmes, tant du piège de l'erreur que de celui des vices. Tel fut le but pour lequel il commença et cultiva son Ordre. C'est pourquoi je t'ai dit que presque en tout il ressemblait à mon Fils par nature. Son image corporelle que tu vois maintenant a elle-même beaucoup de ressemblance avec celle de mon Fils unique et très saint* (1).

(1) Vie de Ste Cath. de Sienne par le B. Raymond de Capoue, 2e partie, c. VI.

O Novice, tu as entendu, voilà ton modèle : regarde-le, aime-le, et surtout, travaille dès maintenant, sous la direction de ton Père Maître, à le réaliser, trait pour trait.

C'est donc ce modèle que le Maître des Novices, en toute occasion, leur fera connaître jusque dans ses moindres détails, pour que, formés à l'image de Dominique, ils soient par là même des images fidèles de Jésus, de vrais sauveurs d'âmes.

Désirent-ils qu'on leur éclaircisse un peu ce mystère et développe cette leçon, qu'ils écoutent et comprennent.

Jésus le Verbe divin a dit : *Je suis la vérité* (1). Dominique, de son côté, nous dit : *Soyez mes imitateurs, comme je le suis du Christ* (2). *Que la vérité vous soit chère avant tout* (3).

« Mais la vérité, ô bienheureux Père, est quelque chose de fort vaste. En quoi, pour vous ressembler, la reproduirons-nous dans notre vie? » — « Appliquez-vous, nous dit-il, à acquérir et à montrer au monde actuel :

---

(1) Ego sum Veritas (Joan. XIV, 6).

(2) Imitatores mei estote, sicut et ego Christi (I Cor. IV, 16).

(3) Maxime familière à St Dominique.

1° la vérité de la doctrine, 2° la vérité de la pauvreté, 3° la vérité de l'humilité, 4° la vérité de la charité. Alors je vous reconnaîtrai pour mes enfants, ayant mon esprit, arrivés à ma parfaite ressemblance. — Méditez-donc ces quatre préceptes ».

1.° En effet, Dominique a consacré sa vie à l'étude, à la défense, à la propagation de la vraie et céleste doctrine du salut. Celui-là serait donc un disciple infidèle qui, sans abandonner totalement la vérité, sous prétexte, au contraire, de la mieux adapter aux esprits actuels, de ménager leurs susceptibilités, d'honorer leurs talents et leurs belles qualités, ou de les attirer davantage à la foi, atténuerait les dogmes, en supprimerait les angles, en allégerait le poids. Il mériterait que Dominique lui appliquât les paroles de l'Apôtre: *Veillez à ce que personne ne vous trompe par la philosophie et ses fallacieuses apparences, selon la tradition humaine et les éléments du monde, non selon le Christ* (1). Mais cela ne suffit pas au grand

(1) Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum (Col. II, 8).

champion de la vérité. Il réclame de tous ses fils, à son exemple, la verité *pratique* c'est à dire la sincérité et la droiture dans le langage et les rapports de la vie. Après que la clarté de son enseignement avait ravi les esprits, sa candeur, son ingénuité, et la bonne grâce de ses manières ravissaient tous les coeurs.

2.° Dominique aimait la pauvreté du Christ comme moyen de perfection, mais aussi comme puissant moyen d'apostolat, dans un monde qui ne rêve que richesses, luxe et bien-être. C'est pour cela qu'il persuada aux Légats pontificaux de renoncer à leur équipage, à leur pompe, et à la longue suite de leurs serviteurs, si licite que leur fût ce train de vie, eu égard à leur dignité. Que dirait-il de ces prétendus disciples qu'il verrait, à l'opposé, de pauvres Frères, se faire en quelque sorte Légats, par la recherche de leur vêtement, l'ameublement de leur cellule, la somptuosité de leurs effets de voyage, leurs exigences dans la nourriture, etc.? Hélas! il se détournerait en disant: *la vérité de ma pauvreté n'est pas en vous* (1).

(1) **In hoc veritas non est (1 Joann. II, 4).**

3.° Dominique possédait l'humilité du Christ poussée jusqu'à l'anéantissement (1). Rien ne le réjouissait comme d'être méprisé (2). Aussi passait-il de préférence dans les pays où il avait été traité avec dérision. Comment trouverait-il sa ressemblance dans un Frère aux allures fières et hautaines, qui, se séduisant lui-même, semblerait dire: *Je suis quelque chose*, alors qu'il n'est rien (3). Bien plus volontiers tendrait-il les bras au pauvre pécheur contrit et humilié, qu'à un fils si dégénéré.

4.° Dominique demandait chaque jour à Dieu une *charité vraie*, faisant comprendre par là qu'il y a une *charité fausse*, qui trompe celui qui la possède et celui qui la reçoit, son or étant de mauvais aloi. Le vrai Frère-Prêcheur qui veut mériter son nom, loin de se flatter qu'il a déjà la charité sincère et qu'il l'exerce en vérité, la demandera humblement et sans cesse à Dieu. Il se défiera grandement de lui-même et sur-

---

(1) Humiliavit semetipsum (Phil. II, 8). Semetipsum exinanivit (Ibid., 7).

(2) Nulla re aeque laetabatur ac sui contemptu (Off. S. Dom.).

(3) Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit (Gal. VI, 3).

tout de son cœur, trompeur habile entre tous. Sans doute, pour mieux attirer les âmes, il doit tâcher de leur plaire. Marie, qualifiée de *Mère aimable* par l'Eglise dans ses Litanies, n'a-t-elle pas été comparée par sainte Catherine de Sienne à l'hameçon auquel se laissent prendre les poissons de l'océan, c'est à dire les âmes? (1) et n'a-t-on pas vu le Sauveur lui-même figuré dans Orphée, dont la lyre captivait les bêtes féroces et la nature entière? Mais le B. Humbert explique et circonscrit la manière dont l'apôtre doit plaire aux hommes en disant: Il doit ressembler au bon chemin, droit, sûr et aplani, que le voyageur foule d'un pas facile et rapide, laissant dernière lui sans regret ce qu'il en a parcouru, absorbé qu'il est par le désir d'arriver au but. Combien différent serait le soi-disant ami des âmes qui, au lieu d'être ce chemin favorable, serait, sur ses bords, une *villa* où le voyageur agréablement reçu s'arrêterait, oublieux du terme! Grave avertissement à ceux qui ont le prestige de l'éloquence et du talent, ou sont d'une nature sympathique, af-

(1) Dial. CXXXIX.

fectueuse et expansive! Tourner les dons de Dieu contre Dieu, contre des âmes bien douées qui, sagement conduites, pouvaient arriver à la sainteté! quel abus! quelle profanation! Écartons de ce tableau notre regard, et demandons la grâce de devenir d'autres Dominique, surtout par la vérité de sa charité. Demandons-le dans le noviciat, après le noviciat, toute la vie.

Voilà les sentiments et les dispositions qu'un Maître des Novices doit inspirer graduellement à ses enfants, pour que, venus au noviciat très défectueux, ils arrivent à cette transformation complète qui est l'état de l'homme parfait, la plénitude de l'âge de Dominique (1). Ces quatre traits, que nous venons d'esquisser, ces quatre mots, que nous venons de prononcer, sont comme les « quatre livres de l'Imitation de saint Dominique ».

Appliqué à guider peu à peu les Novices dans ce chemin, le Maître devait leur dire au commencement, en s'appropriant le langage de St. Paul: *Mes petits enfants, je vous en-*

(1) Donec occurramus omnes ..... in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi (Eph. IV, 13).

fante de nouveau jusqu'à ce que Dominique soit formé en vous.... Je vous ai donné du lait, non de la nourriture solide que vous n'eussiez pu supporter (1). A la fin, tous ensemble, Maître et disciples, grandis en vertu plus qu'en âge, se confondront comme des égaux, dans les mêmes sentiments, et le premier pourra dire aux autres, s'appropriant les paroles de Jésus-Christ lui-même : *Désormais je ne vous appellerai plus des serviteurs, ni des disciples, mais des amis : car tout ce que j'ai appris de mon Père Dominique, je vous l'ai fait connaître* (2). Dans cette belle fusion des âmes transformées, dans cette douce communion à l'esprit du saint Patriarche, ils ressembleront à Monique et à Augustin lequel, transformé par les grâces du baptême, ne faisait plus avec sa mère qu'un cœur et qu'une âme en Dieu. Il nous décrit admirablement lui-même cet état dans ses Confessions : « Nous nous entretenions seul à seule avec

(1) Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis (Gal. IV, 19). — Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis (I Cor. III, 2).

(2) Jam non dicam vos servos... Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis (Joan. XV, 15).

une grande douceur, et oubliant le passé pour étendre les bras vers l'avenir, nous nous demandions devant Vous, ô Seigneur, qui êtes la verité même, quelle pourraît être cette vie éternelle des Saints que ni l'œil n'a vue, ni l'oreille n'a entendue, ni le cœur de l'homme ne peut s'élever à comprendre. Alors nous étions avides de porter nos lèvres à cette source de vie qui est en Vous, pour qu'en ayant bu autant que nous en étions capables, nous nous fissions quelque idée d'une si grande chose » (1).

Heureux l'homme de Dieu qui sait former des disciples de cette trempe et dont le noviciat est une pépinière, non seulement de bons Religieux, mais de bons Maitres des Novices. Ses disciples conservent avec lui et ont aussi entre eux une douce et forte union; et ils trouvent, dans cette communauté

(1) Collequebamur ergo soli valde dulciter et praeterita obliviscentes, in ea quae ante sunt extenti, quaerebamus inter nos apud praesentem veritatem, quod tu es (Domine), qualis futura esset vita aeterna sanctorum quam nec oculus vidit, nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitae qui est apud te, ut inde pro captu nostro aspersi, quoquo modo rem tantam cogitaremus (S. Aug. Ep. Conf., Lib. IX, Cap. X).

d'âme, la lumière et la force pour les œuvres du saint ministère, la consolation dans les amertumes qu'ils y rencontrent et le repos du cœur après leurs travaux.

Mais surtout, quelle joie pour nous tous quand sera venue l'heure du grand repos, si nous avons été fidèles jusqu'à la fin, de nous retrouver réunis dans la patrie et de nous grouper autour de notre bienheureux Père et parfait modèles. Oh que c'est beau! oh que c'est consolant! Nous le regardons et il nous regarde, nous l'aimons et il nous aime, nous le félicitons et il nous félicite; nous inclinons la tête pour recevoir de lui la couronne de justice que Dieu daigne faire passer par ses mains, et réciproquement c'est par lui que nous allons à Marie, de Marie à Jésus, de Jésus à son Père, redisant avec tous les Saints le cantique: *A celui qui est assis sur le trône et à l'Agneau bénédiction et honneur et gloire et puissance dans les siècles des siècles.* (1).

1 Sedenti in throno et Agno benedictio, et honor, et gloria, et potestas in saecula saeculorum (Apoc. V. 13).

APPENDICES

APPENDICE I

Témoignages des Papes en faveur de l'Etat religieux.

Ces témoignages sont si nombreux que nous ne pouvons les citer tous. Nous nous contentons de reproduire ceux que nous avons sous la main. Ils ne laissent pas que de former un ensemble imposant où l'on sent l'assistance continuellement donnée à l'Eglise par l'Esprit Saint pour y maintenir, y purifier s'il est besoin et y faire circuler cette source de vie chrétienne parfaite qui est l'Etat religieux.

Aux éloges donnés à l'Etat religieux en général nous en ajoutons quelques uns regardant certains Ordres religieux, en bien connus pour leur dévouement aux intérêts de Dieu et de Son Eglise.

§ I. — Encomia generalia.

I — Bonif. IV († 616) cujus decretum refertur in Decreto Gratiani (q. 1, causa 16, can. 25) ait: Sunt nonnulli, nullo dogmate fulti, audacissime quidem, zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati, asserentes monachos, quia mundo mortui sunt et Deo vivunt, sacerdotalis officii potentia indignos, neque pœnitentiam, neque

christianitatem largiri (1), neque absolvere posse per sacerdotalis officii divinitus injunctam potestatem; sed omnino labuntur..... Decertantes igitur monachicae professionis presbyteros sacerdotalis potentiae arcere officio, omnimodo praecipimus, ut ab hujuscemodi nefandis ausibus reprimantur in posterum, quia quanto quisque celsior, tanto potentior.

II — Urbanus II, in Conc. Nemausensi anni 1096 cui præsedit: Oportet eos, qui saeculum reliquerunt, majorem sollicitudinem habere, pro peccatis hominum orare et plus valere eorum peccata solvere quam presbyteros saeculares; quia secundum regulam apostolicam vivunt, et eorum sequentes vestigia, communem vitam ducunt... Ideoque videtur nobis, ut his qui sua relinquunt pro Deo, dignius liceat baptizare, communionem dare, poenitentiam imponere necnon peccata solvere....

III — Conc. Trid., sess. XXV. — De regul. et monialibus — cap. 1, ait: Quoniam non ignorat sancta Synodus, *quantum ex monasteriis pie institutis et recte administratis in Ecclesia Dei splendoris atque utilitatis oriatur*, necessarium esse censuit, quo facilius ac maturius, ubi collapsa est, vetus et regularis disciplina instauretur... praecipere... ut omnes regulares, tam viri quam mulieres, ad regulae quam professi sunt praescriptum vitam instituant et componant....

IV — S. Pius V Constit. *Decori* 1 febr. 1570 ait: « Decori et honestati omnium Sanctimonialium, quarum Jesus Christus Dominus noster sponsus

(1) **Id est baptizare.**

est, ut in puritate et castitate superædificantes in ipso feliciter inhabitare valeant, consulentes, ea quae illarum existimationi detrahere possent, decet Nos consulto submovere.

V — Idem Pontifex in Constit. — *Summi sacerdotii* — 23 aug. 1570 ait : Summi Sacerdotii cura, meritis licet imparibus, Nobis ex alto commissa requirit, ut votis illis, per quae animarum Christi fidelium, praesertim Sanctimonialium, virtutum Domino sub suavi Religionis jugo virgineaque perpetuae castitatis laureola famulantium, saluti spiritualique consolationi consulitur, libenter annuamus illaque favoribus prosequamur opportunis.

VI — Sixtus V Constit. — *Cum de omnibus* — 26 novemb. 1587 dicit : Cum de omnibus ecclesiasticis Ordinibus, in ea, qua convenit, puritate et dignitate conservandis, praecipuam geramus sollicitudinem, tum vero illud praeter cetera Nobis cordi est, ut a Regularium personarum Congregationibus, quas tamquam Deo dicatas, maxime candor sanctitasque decet, cujuscumque criminis aut turpitudinis labes, et scandali occasio quam longissime arceantur. Siquidem res ipsa Nos admonet, quam indecorum sit, et ab ea, quae divinae Majestati eique consecratis personis debetur, reverentia alienum, si ejusmodi homines, qui propter sua scelera poenas graves sibi in saeculo propositas timent, quive propter immunditiam et peccata, ex quibus orti sunt, notati perpetua ignominia, ab omni mundano honore et a paterna hereditate repelluntur, iidem omnipotenti Deo tamquam hostiae offerantur, atque ad habitandum in domo, quam decet honor et sanctitudo, inter ministros Domini, cui

servire regnare est, ad sacras functiones, quacumque profana praeeminentia multo nobiliores, sine ullo delectu admittantur.

VII — Clemens VIII Constit. — *Religiosae Congregationes* — 19 jun. 1594: Religiosae Congregationes, ab insigni sanctitate viris Spiritus Sancti afflatu institutae, tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conservandas et instaurandas Romani Pontifices, Prædecessores Nostri, magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio et natura, ut etiam quae optime fundata et constituta sunt, partim hominum imbecillitate et ad malum proclivitate, partim dæmonis astutia paulatim deficiant, ac nisi cura pervigili sustententur, in deterius prolabantur: idcirco Summorum Pontificum vigilantia magnopere laboravit ut Regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus Constitutionibus communita, integra atque incolumis permaneret. Quorum Nos vestigiis pro eodem officii munere insistere et pastoralem illorum sollicitudinem (quantum possumus) divina adjutrice gratia cupimus imitari.

VIII — Idem Pontifex in Constit. — *Regularis disciplinæ* (1) — 12 martii 1596: Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum juxta nostri muneris debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidiano usu compertum est, quod in omnibus Conventibus, praesertim qui majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes

(1) Inserta in Const. *In suprema* - 2 apr. 1602.

passim recipiuntur. Unde fit, ut, quo magis Nos variis Constitutionibus male affectas radices amputare studemus, eo magis in dies depravatæ infructuosaeque ejusmodi noviter profitentium succrescant.

IX — Urbanus VIII Constit. — *Injuncti Nobis* — 9 aug. 1628: Injuncti Nobis apostolici muneris ratio postulat, ut Religiosorum virorum, qui, spretis hujus saeculi vanitatibus, divini numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo et strictioris observantiae regulis sese manciparunt, paternam curam gerentes, in his ejusdem muneris partes sedulo intendamus, per quae prospero felicique eorum statui et directioni opportune consulatur, prout conspicimus in Domino, salubriter expedire.

X — Innoc. X Constit. — *Instaurandæ* — 15 oct. 1652: Instaurandae regularis disciplinae opus multis laboribus ac vigiliis a RR. PP. Praedecessoribus Nostris jam pridem assumptum Nobis in dies magis magisque cogitantibus cur ad optatum finem hucusque produci non potuerit, totque saluberrima decretata et ordinationes fere in irritum ceciderint....

XI — Innoc. XII Constit. — *Sanctissimus* — 18 jul. 1695: Sanctissimus in Christo Pater et D. N. Innocentius Divina providentia Papa XII, pro paterna caritate qua Religiosos Ordines multis magnisque in Ecclesiam Dei meritis refulgentes, et peculiaris erga Sedem Apostolicam devotionis nomine commendatos complectitur, volens eorum conservationi et propagationi consulere, simulque ex injuncto sibi caelitus Pastoralis Officii debito providere, ut Regularis in iis Disciplina ad Religiosorum salutem et totius christiani po-

puli aedificationem utilitatemque sarta tectaque custodiatur ac vigeat, et sicubi collapsa est, adjuvante Domino reparetur, constituit et declaravit....

XII — Benedictus XIII Constit. — *Custodes* — 7 martii 1725: Custodes super muros Jerusalem a Christo Domino constituti, de omnibus sacrorum virorum Ordinibus in eo, quo decet, sanctioris disciplinae splendore servandis magnam vigilantiam et sollicitudinem gerere debemus, tum vero illud Nobis incumbit, ut, qui ex Regularium Monachorum et mendicantium institutis ad onus Episcopale admoventur, majoris observantiae et virtutum specimine gregi sibi subjecto praeluceant....

XIII — Benedictus XIV Constit. — *Salutare* — 3 jan. 1742: Salutare in Ecclesia catholica institutum, ab ipsa antiquitate susceptum ac tanta cum sollicitudine et pastorali zelo custoditum, ut flos ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritualis, laeta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi, Sacrae Virgines, quarum, quo sublimior gloria est, major et cura est, intra Monasteriorum septa, et claustra vigili sollicitaque custodia servarentur, tam ante, quam post tridentinae Synodi Decreta, Romani Pontifices, Prædecessores Nostri tot sanctissimis legibus et initis Apostolicae providentiae caritatisque consiliis communire et confirmare studuerunt, ut quæ se Christo dicaverint, et a carnali concupiscentia recedentes tam carne quam mente se Deo voverint, consumment opus suum magno praemio destinatum.

XIV — Pius VI 12 april. 1782 ad Episcopum Brunensem scripsit: Ex litteris quas VI° nonas, ac iterum III° nonas aprilis ad Nos dedisti, gravem moeroris causam accepimus. Dolenda quidem res est, quae nonnullos Regularium Ordines huc illucque submovet, ac viros Religiosos sacrasque Virgines dejicit a Monasteriis.

XV — Idem Romanus Pontifex Litteris — *Quod aliquantum* — 10 martii 1791 dicit..... 5) Inceptam jam prosequentes viam, gradum ad ipsos Regulares facimus, quorum bona sibi Conventus Nationalis arrogavit, minus odiosum tamen praetexens titulum, ut scilicet eorum fructibus uti posset; quod re ipsa quantulum a vera distat dominii proprietate? Siquidem edito, die 13 febr. Decreto, ac post sex dies Regia Sanctione confirmato, suppressa omnia fuerunt Regularium instituta, vetitumque etiam ne ulla alia in posterum admitterentur. At vero, quantam illa Ecclesiae utilitatem afferant, ex ipsa deducit experientia Conc. Tridentinum: « Non ignorat S. Synodus, quantum ex Monasteriis pie institutis et recte administratis in Ecclesia Dei splendoris atque utilitatis oriatur ». Ac profecto omnes Ecclesiae Patres Regularium Ordines summis laudibus exornarunt, inter quos S. Joannes Chrysostomus, qui tribus integris libris contra illorum oppugnatores decertavit..... Insurrexit postmodum saec. XIII Guilielmus de Sancto Amore, qui, libro *De periculis novorum temporum*, totus fuit in deterrendis hominibus a Conversione et a Religionis ingressu; sed liber iste in examen revocatus a Pontifice Alexandro IV « iniquus, scelestus, execrabilis, et nefarius esse » declaratus est.

6. Adversus præfatum Guilielmum scripserunt, eumque refutarunt duo Ecclesiae Doctores, S. Thomas Aquinas et S. Bonaventura. Et quoniam eamdem damnatam sententiam renovavit Lutherus, damnationem et ipse subiit a Pontif. Leone X.....

7. Non hic infitiamur neque mirum cuiquam videatur, apud aliquos Regulares remissiorem aliquando languidioremque effectum esse posse suorum institutorum spiritum, neque pristinum disciplinae ab iis præscriptae rigorem retineri. At proptereane abolendi sunt Ordines? Audiatur hanc ad rem, quod in Concilio Basileensi objecit Petro Rayne, regulares oppugnanti, Joannes de Polemar. Iste minime quidem negavit invaluisse aliqua inter Regulares reformatione digna: illud tamen adjunxit quod « licet in Religiosis multa sint, hoc tempore, quae reformatione indigent, sicut in ceteris statibus, tamen nihilo minus multum illuminant Ecclesiam praedicationibus et doctrinis; et nemo prudens in caliginoso loco existens, lucernam extinguit non bene sibi lucentem, sed habentem sucum seu scoriam curat aptare quo melius potest. Nam melius est quod aliquantulum turbide luceat, quam si penitus esset exstincta ». Quae plane sententia ab alia derivatur quam S. Augustinus tanto ante protulerat, nimirum: Numquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum insanabilis est pestilentia?

8. Qua propter regularium abolitio a Conventu Nationali, plaudente hæreticorum commentis, decreta, laedit statum publicae professionis Consiliorum evangelicorum; laedit vivendi rationem in Ecclesia commendatam tamquam Apo-

stolicae doctrinae consentaneam, laedit ipsos insignes fundatores quos super altaribus veneramur, qui non nisi a Deo inspirati eas instituerunt societates. Sed ulterius progreditur Conventus Nationalis, statuitque in Decreto die 13 feb. 1790: Se nequaquam recognoscere solemnia Religiosorum vota; et consequenter declarat Ordines et Congregationes regulares, in quibus illa emittuntur, suppressas esse in Gallia, et suppressas remanere, neque umquam restitui in posterum posse. Quod quid est aliud, quam manus in vota majora ac perpetua immittere eaque abolere, quae tantummodo ad Pontificiam spectant auctoritatem?.....

XVI — Idem Pontifex Pius VI Constit. — *Auctorem fidei* — 28 aug. 1794, Pistoriensis Synodi regulas traditas pro reformatione regularium proscripsit et damnavit tamquam « Systema vigentis atque jam antiquitus probatae ac receptae disciplinae subversivum, perniciosum, constitutionibus Apostolicis, et plurium Conciliorum etiam generalium, tum speciatim Tridentini sanctionibus oppositum, et injuriosum, favens haereticorum in monastica vota et regularia instituta, stabiliori consiliorum evangelicorum professioni addicta, conviciis et calumniis ».

XVII — Pius IX Litteris — *Cum hisce* — 17 jun. 1847 ait: « Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum hisce Litteris ad Te mittimus, Venerabilis Frater, encyclicam Nostram Epistolam ad omnes Regularium Ordinum Moderatores datam, ex qua profecto intelliges, quanta Nos benevolentia Ordines ipsos de christiana et civili re publica tot sane nominibus optime meritos prosequa-

mur, et quanta paterni animi Nostri sollicitudine illorum disciplinae, utilitati, decori, splendori pro Apostolici Nostri ministerii officio consulere cupiamus atque velimus.... »

XVIII — Idem Pontifex Encyclica — *Ubi primum* — 17 jun. 1847, causa instaurandae regularis disciplinae, ait : « Ubi primum arcano divinae providentiae consilio ad totius Ecclesiae regimen evecti fuimus, inter praecipuas Apostolici Nostri ministerii curas et sollicitudines nihil Nobis potius fuit, quam Religiosas vestras Familias singulari paternae Nostrae caritatis affectu complecti, omnibusque studiis prosequi, tueri, defendere ac majori earum bono et splendori totis viribus consulere atque prospicere. Ipsae enim ad majorem omnipotentis Dei gloriam et animarum salutem procurandam a sanctissimis viris Divino afflante Spiritu institutae, atque ab hac Apostolica Sede confirmatae, multiplici earum forma pulcherrimam illam varietatem efficiunt, quae mirifice circumdat Ecclesiam, ac lectissimas illas auxiliares Christi militum turmas constituunt, quae maximo tum christianae, tum civili rei publicae usui, ornamento atque praesidio semper fuerunt. Siquidem earum Alumni singulari Dei beneficio ad evangelicae sapientiae consilia profitenda vocati, atque omnia detrimentum esse existimantes propter eminentem scientiam Christi Jesu, animo excelso et invicto terrestria cuncta despicientes, et caelestia unice spectantes, iis egregiis operibus insistere gloriosisque laboribus perfungi semper visi sunt quibus de catholica Ecclesia deque civili societate optime meruerunt. Nemo certo ignorat vel ignorare potest, Religiosas Familias, vel a prima earum institu-

tione, innumeris paene claruisse viris qui, omnigenae doctrinae atque eruditionis copia insignes, omnium virtutum ornatu et sanctitatis gloria fulgentes, amplissimis quoque dignitatibus illustres, atque ardenti in Deum et homines amore flagrantes, et, spectaculum facti mundo, Angelis et hominibus, nihil aliud in deliciis habuere, quam omni cura, studio, contentione in divinarum rerum meditatione dies noctesque haerere, mortificationem Jesu in suo corpore circumferre, catholicam fidem ac doctrinam a solis ortu usque ad occasum propagare, ac pro ea fortiter pugnare, et cujusque generis acerbitates, tormenta, supplicia alacriter perpeti, ac vitam ipsam profundere, rudes barbarosque populos ab errorum tenebris, morum feritate, vitiorum caeno ad evangelicae veritatis lucem omnemque virtutis et civilis societatis cultum traducere, litteras, disciplinas, artes excolere, tueri, atque ab interitu vindicare, teneras juvenum mentes et cerea corda ad pietatem et honestatem mature fingere, sanisque doctrinis imbuere, errantes ad salutis tramitem revocare. Neque id satis, namque induti viscera misericordiae, nullum est heroicae caritatis genus quod cum propriae etiam vitae discrimine ipsi non exercuerint, ut captivis, carcere inclusis, aegrotantibus, morientibus, cunctisque miseris, egenis, calamitosis opportuna quaeque christianae beneficentiae et providentiae subsidia amanter praebere, eorumque dolorem lenire, lacrimas detergere, ac necessitatibus omni ope et opera consulere possent.

2. Hinc porro evenit, ut Ecclesiae Patres ac Doctores merito atque optimo jure evangelicae

perfecionis cultores summis laudibus exornaverint, et contra illorum oppugnatores acerrime decertarint, qui sacra haec Instituta tamquam inutilia et societati exitialia esse temere denuntiant. Romani vero Pontifices Decessores Nostri, ipsos Regulares Ordines benevolo semper affectu prosequentes, Apostolicae auctoritatis patrocinio illos tegere, tutari, atque amplioribus privilegiis, honoribus decorare nunquam omiserunt, probe noscentes quae quantaque bona et commoda ex ipsis Ordinibus in universam christianam rempublicam omni tempore redundarint. Atque iidem Praedecessores Nostri de hac potiori Domini agri parte tantopere solliciti fuere, ut, vix noverunt inimicum hominem clanculum superseminare zizania in medio tritici, vulpesque parvulas demoliri florentes palmites, nulla interposita mora curam omnem contulerint ad radicitus evellendum destruendumque quidquid uberrimos ac laetissimos jacti boni seminis fructus posset impedire.

Hac sane de causa rec. mem. Clemens praesertim VIII, Urbanus pariter VIII, Innocentius X, Alex. VII, Clem. IX, Innoc. XI, itemque Innoc. XII, Clem. XI, Pius VII, Leo XII Decessores Nostri tum saluberrimis initis consilis, tum sapientiissimis editis Decretis et Constitutionibus, omnes Pontificiae vigilantiae et providentiae nervos intendere haud intermiserunt ad mala penitus amovenda quae tristissimis rerum ac temporum vicibus in Religiosas Familias irrepserant, atque ad Regularem in illis disciplinam vel tuendam vel instaurandam.

3. Nos itaque, pro summa qua Ordines ipsos caritate prosequimur, illustria Decessorum No-

strorum exempla aemulantes, ac sapientissimis Tridentinorum praesertim Patrum sanctionibus inhaerentes, pro supremi Nostri Apostolatus officio, curas cogitationesque Nostras toto cordis affectu ad vestras Religiosas Familias eo sane consilio convertere constituimus, ut si quid in ipsis infirmum sit consolidemus, si quid aegrotum sanemus, si quid confractum alligemus, si quid perditum reducamus, si quid abjectum erigamus, quo morum integritas, vitae sanctitas, regularis disciplinae observantia, litterae, scientiae praesertim sacrae, ac propriae cujusque Ordinis leges ubique reviviscant, ac magis in dies vigeant et floreant....

4. Has igitur ad vos, Dilecti Filii, qui eorumdem Ordinum Moderatores estis, Litteras damus studiosissimae Nostrae erga Vos, vestrosque religiosos Ordines voluntatis nuntias, quibus consilium a Nobis de regulari disciplina instauranda susceptum significamus. Quod quidem consilium eo omnino contendit, ut, Deo bene juvante, illa omnia statuere et perficere valeamus quae ad cujusque Religiosae Familiae incolumitatem prosperitatemque tuendam, comparandam, ad populorum utilitatem procurandam, atque ad divinum cultum amplificandum, Deique gloriam promovendam magis magisque possint conducere.....

XIX — In primo schemate Concilii Vaticani, cap. 15 dicitur: 1. Alia gravis injuria sanctae Ecclesiae infertur ab illis qui professionem perfectionis evangelicae in Ordinibus Institutisque religiosis ab eadem Ecclesia approbatis iniqua oppugnatione persequuntur, atque affirmare audent professionem religiosam, juribus naturae libertatisque humanae contrariam, vel ex regnis et ci-

vitatibus nostrae aetatis eliminandam esse, quod illa profectui ac felicitati populorum opponatur; eoque magis dolendum, quod inter ipsos legum latores qui se catholicos profitentur non desint qui in hac re Ecclesiae jus conculcare et iniquis legibus, quantum valent, irritum reddere non vereantur.

2. Quoniam vero sponsa Jesu Christi ipsam divini Sponsi sui vitam et exemplum in se suisque membris exprimere, atque jugiter sanctitatis praerogativa fulgere debet, idem D. N. J. C. non solum sancta dedit mandata omnibus, si volunt ad vitam ingredi, necessario servanda; sed etiam pro Ecclesia praemonstravit in suo Evangelio statum perfectionis, quo ii, qui Deo vocante capiunt verbum istud, relictis omnibus, ut thesaurum habeant in caelis, ipsum Jesum Christum propinquiore imitatione sequantur. Consilia haec Jesu Christi ad Ecclesiam sponsam ac reginam ornandam varietatibus non potuerunt manere irrita: unde, operante divina gratia, omnibus Ecclesiae aetatibus plurimi utriusque sexus crucis Christi sectatores in hac via ipsum Dominum ducem ac magistrum secuti sunt. Ut sic vocatis evangelicam perfectionem consectandi media non deessent, providentissima mater Ecclesia semper sedulo curavit. Leges enim pro summa auctoritate vel ipsa tulit vel a sanctissimis viris propositas probavit, quibus religiosa vita et professio firma ac tuta consisteret, et ad sanctum suum finem dirigeretur. Quamvis igitur non omnes vocati sint ad hanc vitae rationem in consiliis evangelicis voluntariae ac perpetuae paupertatis, continentiae et obedientiae sequendam: attamen ex constanti

Ecclesiae declaratione atque usu omnibus necesse est aestimare, eam apostolicae doctrinae consentaneam esse et ad christianam perfectionem conducere. Ii vero quibus datum est a Patre Christum vocantem audire et sequi, ultra praeceptorum observationem, consilia quoque evangelica in Institutis religiosis non solum activae sed etiam contemplativae vitae secundum modum ab Ecclesia approbatum pie et laudabiliter amplectuntur, ac, divina gratia opitulante, possunt et tenentur quae voverunt reddere Domino Deo. Quare tum haec Ecclesiae et fidelium jura, tum suscepta votis religiosis officia, in supernaturali Dei lege ac ordinatione fundantur qua Christus, sapientia aeterna, in sancta Ecclesia sua viam perfectionis evangelicae monstravit ac disposuit; nec illa politicis legibus sive dirigi sive deleri possunt.

3. Damnamus igitur tum doctrinam qua professio religiosa illicita vel vero profectui populorum noxia, ac propterea eliminanda esse dicitur, tum impios hominum conatus qui commemorata Ecclesiae ac fidelium jura invadunt, et tantam ipsi Deo ac sanctae religioni catholicae irrogant injuriam. »

XX — Leo XIII in Litteris — *Testem benevolentiae* — ad Em. Card. Gibbons, 22 januarii 1899 dicit:

10. « ... Ex quo virtutum evangelicarum veluti contemptu, quae perperam *passivae* appellantur, pronum erat sequi, ut religiosae etiam vitae despectus sensim per animos pervaderet. Atque id novarum opinionum fautoribus commune esse, conjicimus ex eorum sententiis quibusdam circa vota quae Ordines religiosi nuncupant. Ajunt enim, illa ab ingenio aetatis nostrae dissidere

plurimum, utpote quae humanae libertatis fines coerceant; esseque ad infirmos animos magis quam ad fortes apta; nec admodum valere ad christianam perfectionem humanaeque consociationis bonum, quin potius utrique rei obstare atque officere.

11. Verum haec quam falso dicantur, ex usu doctrinaque Ecclesiae facile patet, cui religiosum vivendi genus maxime semper probatum est. Nec sane immerito; nam qui, a Deo vocati, illud sponte sua amplectuntur, non contenti communibus præceptorum officiis, in evangelica euntes consilia, Christo se milites strenuos paratosque ostendunt. Hoc-ne debilium esse animorum putabimus? aut ad perfectiorem vitae modum inutile aut noxium? Qui ita se votorum religione obstringunt adeo sunt a libertatis jactura remoti, ut multo pleniore ac nobiliore fruantur, ea *nempe qua Christus nos liberavit* (Ad Galatas, IV, 31).

12. Quod autem addunt, religiosam vivendi rationem aut non omnino aut parum Ecclesiae juvandae esse, praeterquam quod religiosis Ordinibus invidiosum est, nemo unus certe sentiet, qui Ecclesiae annales evolverit. Ipsae vestrae foederatae civitates num non ab alumnis religiosarum Familiarum fidei pariter atque humanitatis initia habuerunt? quorum uni nuper, quod plane vobis laudi fuit, statuam publice ponendam decrevistis (1). Nunc vero, hoc ipso tempore, quam alacrem, quam frugiferam catholicae rei religiosi coetus, ubicumque ii sunt, navant operam!

(1) Alluditur ad P. Jacobus Marquette S. I. cui a. 1893 in Capitolio Washingtonensi statua erecta fuit.

Quam pergunt multi novas oras Evangelio imbuere et humanitatis fines propagare: idque per summam animi contentionem summaque pericula! Ex ipsis, haud minus quam e clero caetero, plebs christiana verbi Dei praecones conscientiaeque moderatores, juventus institutores habet, Ecclesia denique omnis sanctitatis exempla. Nec discrimen est laudis inter eos qui actuosum vitae genus sequuntur, atque illos, qui, recessu delectati, orando afflictandoque corpori vacant. Quam hi etiam praeclare de hominum societate meruerint, mereant, ii norunt profecto qui, quid ad placandum consiliandumque Numen possit *deprecatio justi assidua* (Jac. V, 26) minime ignorant, ea maxime quae cum afflictatione corporis conjuncta est.

13. Si qui igitur hoc magis adamant, nullo votorum vinculo, in coetum unum coalescere, quod malint, faxint; nec novum id in Ecclesia nec improbabile Institutum. Caveant tamen ne illud prae religiosis Ordinibus extollant: quin potius, cum modo ad fruendum voluptatibus proclivius, quam ante, sit hominum genus, longe pluris ii sunt habendi, qui, *relictis omnibus secuti sunt Christum.* »

XXI — Idem Leo XIII in Litteris in lingua gallica ad Em. Card. Richard scriptis die 23 dec. 1900:

« Au milieu des consolations que Nous procurait l'Année Sainte par le pieux empressement des pèlerins accourus à Rome de tous les points du monde, Nous avons éprouvé une amère tristesse en apprenant les dangers qui menacent les Congrégations religieuses en France. A force de malentendus et de préjugés, on en est venu à penser qu'il serait nécessaire au bien de l'Etat de restreindre leur liberté et peut-être même de

procéder plus durement contre elles. Le devoir de Notre ministère suprême et l'affection profonde que Nous portons à la France Nous engagent à vous parler de ce grave et important sujet dans l'espoir que, mieux éclairés, les hommes droits et impartiaux reviendront à de plus équitables conseils. En même temps qu'à vous, Nous Nous adressons à Nos vénérables Frères vos collègues de l'Episcopat français. Au nom des graves sollicitudes que vous partagez avec Nous, il vous appartient de dissiper les préjugés que vous constatez sur place et d'empêcher, autant qu'il est en vous, d'irréparables malheurs pour l'Eglise et pour la France.

Les Ordres Religieux tirent, chacun le sait, leur origine et leur raison d'être de ces sublimes conseils évangéliques que notre Divin Rédempteur adressa, pour tout le cours des siècles, à ceux qui veulent conquérir la perfection chrétienne: âmes fortes et généreuses qui, par la prière et la contemplation, par de saintes austérités, par la pratique de certaines règles s'efforcent de monter jusqu'aux plus hauts sommets de la vie spirituelle. Nés sous l'action de l'Eglise dont l'autorité sanctionne leur gouvernement et leur discipline, les Ordres religieux forment une portion choisie du troupeau de Jésus-Christ. Ils sont, suivant la parole de saint Cyprien, *l'honneur et la parure de la grâce spirituelle* (1), en même temps qu'ils attestent la sainte fécondité de l'Eglise. Leurs promesses faites librement et spontanément, après avoir été mûries dans les réflexions du Noviciat, ont été

(1) *De discipl. et habitu Virginum*, Cap. II.

regardées et respectées par tous les siècles comme des choses sacrées, sources des plus rares vertus. Le but de ces engagements est double: d'abord élever les personnes qui les émettent à un plus haut degré de perfection; ensuite les préparer, en épurant et en fortifiant leurs âmes, à un ministère extérieur qui s'exerce pour le salut éternel du prochain et pour le soulagement des misères si nombreuses de l'humanité. Ainsi, travaillant sous la direction suprême du Siège Apostolique à réaliser l'idéal de perfection, tracé par Notre-Seigneur, et vivant sous des règles qui n'ont absolument rien de contraire à une forme quelconque de gouvernement civil, les Instituts Religieux coopèrent grandement à la mission de l'Eglise, qui consiste essentiellement à sanctifier les âmes et à faire du bien à l'humanité. C'est pourquoi, partout où l'Eglise s'est trouvée en possession de sa liberté, partout où a été respecté le droit naturel de tout citoyen de choisir le genre de vie qu'il estime le plus conforme à ses goûts et à son perfectionnement moral, partout aussi les Ordres Religieux ont surgi comme une production spontanée du sol Catholique, et les évêques les ont considérés à bon droit comme des auxiliaires précieux du saint ministère et de la charité chrétienne.

Mais ce n'est pas à l'Eglise seule que les Ordres Religieux ont rendu d'immenses services dès leur origine; c'est à la société civile elle-même. Ils ont eu le mérite de prêcher la vertu aux foules par l'apostolat de l'exemple autant que par celui de la parole, de former et d'embellir les esprits par l'enseignement des sciences

sacréés et profanes et d'accroître même par des œuvres brillantes et durables le patrimoine des beaux-arts. Pendant que leurs docteurs illustraient les Universités par la profondeur et l'étendue de leur savoir, pendant que leurs maisons devenaient le refuge des connaissances divines et humaines et, dans le naufrage de la civilisation, sauvaient d'une ruine certaine les chefs-d'œuvre de l'antique sagesse, souvent d'autres religieux s'enfonçaient dans des régions inhospitalières, marécages ou forêts impénétrables, et là desséchant, défrichant, bravant toutes les fatigues et tous les périls, cultivant à la sueur de leur front les âmes en même temps que la terre, ils fondaient autour de leurs monastères et à l'ombre de la croix des centres de population qui devinrent des bourgades ou des villes florissantes, gouvernées avec douceur, où l'agriculture et l'industrie commencèrent à prendre leur essor.

Quand le petit nombre de prêtres ou le besoin des temps l'exigèrent, on vit sortir des cloîtres des légions d'apôtres éminents par la sainteté et la doctrine, qui, apportant vaillamment leur concours aux évêques, exercèrent sur la société l'action la plus heureuse en apaisant les discordes, en étouffant les haines, en ramenant les peuples au sentiment du devoir et en remettant en honneur les principes de la religion et de la civilisation chrétienne.

Tels sont, brièvement indiqués, les mérites des Ordres religieux dans le passé. L'histoire impartiale les a enregistrés et il est superflu de s'y étendre plus longuement. Ni leur activité, ni leur zèle, ni leur amour du prochain ne se sont

amoindris de nos jours. Le bien qu'ils accomplissent frappe tous les yeux et leurs vertus brillent d'un éclat qu'aucune attaque n'a pu ternir ».

XXII — Præterea Leo XIII in Litteris datis 7 apr. 1901 ad Em. Card. Netto in Lusitania dicit:

« 1. In præsenti rerum acerbitate, qua religiosorum coetus etiam apud vos premuntur, solatium Nobis attulerunt singulare virtus et industria, quibus ad eorum incolumitatem et jura tuenda naviter incumbis, in id accitis Episcopis, atque annitentibus saeculari clero et fidelibus ex omni Lusitania.

2. Quae et quanta sint profecto, in rem cum sacram tum civilem, eorundem Institutorum merita, domi forisque comparata, non est cur multis prosequamur, cum ea non semel enucleaverimus, praesertim in Epistola ad dilectum Filium Nostrum Archiepiscopum Parisiensem..... »

XXIII — Idem Romanus Pontifex die 29 junii 1901 ad Superiores generales Religiosorum Litteras in lingua italica conscripsit, quae sunt tenoris sequentis: « Le religiose Famiglie ebbero in ogni tempo da questa Sede Apostolica particolari testimonianze d'amorevole e provvidente sollecitudine, sia nei giorni di ubertosa pace, sia e molto più in quelli di aspra contraddizione, quali corrono al presente per voi. La gravità delle offese che in alcune nazioni furono recentemente fatte agli Ordini ed Istituti da voi diretti, sommamente Ci addolora. E ne geme la santa Chiesa; perchè, oltre ad essere vulnerata al vivo nei suoi diritti, risente gran detrimento nella sua azione, la quale si esplica con l'opera concorde dell'uno e dell'altro Clero: in verità chi le tocca i sacer-

doti o i religiosi, tocca la pupilla degli occhi suoi.

Quanto era da Noi, voi lo sapete, non lasciammo intentato alcun mezzo che valesse a cessare da voi una persecuzione cotanto indegna, non meno che a salvare quelle nazioni da sì acerba e immeritata sciagura. A tal fine già in più occasioni abbiamo caldeggiata a tutto potere la vostra causa in nome della religione, della giustizia, della civiltà: ma sperammo invano che le Nostre rimostranze fossero ascoltate. Appunto in questi giorni, in una nazione singolarmente feconda di vocazioni religiose, alla quale usammo sempre peculiarissime cure, furono dai pubblici poteri approvate e promulgate leggi di eccezione, a scongiurar le quali avevamo, son pochi mesi, levata la Nostra voce. Noi, memori dei sacrosanti Nostri doveri, sull'esempio di illustri Nostri Predecessori, riproviamo altamente cotali leggi, contrarie al diritto naturale ed evangelico, e alla costante tradizione, di associarsi liberamente ad un genere di vita non pure onesto in se stesso, ma santo; contrarie ugualmente al diritto assoluto della Chiesa di fondare Istituti religiosi esclusivamente dipendenti da essa, i quali la coadiuvano nel compimento della sua missione divina, arrecando grandi beneficii nell'ordine religioso e civile; e questi ridondano a particolare vantaggio di quella nobilissima nazione.

2. Ora, secondando un intimo impulso, Ci piace aprire a Voi il Nostro cuore paterno, nel desiderio di darvi e riceverne santa consolazione, e col proposito di porgervi insieme opportuni documenti, acciocchè duriate ognor più saldi alle

prove, e ne raccogliate copioso merito innanzi a Dio e agli uomini.....

Non è chi non sappia che una porzione eletta della Città di Dio sono i religiosi dell'uno e dell'altro sesso: giacchè sono essi che più particolarmente rappresentano in sè lo spirito e la mortificazione di Gesù Cristo; essi che coll'osservanza dei consigli evangelici tendono a portare le virtù cristiane ai fastigi della perfezione; essi che in molteplici modi recano assai valido aiuto alla Chiesa..... ».

XXIV — Denique Leo XIII in Litteris Encyclicis — *Pervenuto* — 19 martii 1902 dicit: « ..... E gli Ordini e Sodalizi religiosi, che nella pratica dei consigli evangelici diventano la gloria non meno della Religione che della Società, quasi avessero dinanzi ai nemici della Chiesa una colpa di più, sono acerbamente fatti segno al vilipendio. E Ci duole il dover rammentare come anche recentemente siano stati colpiti da odiose e immeritate misure, che ogni anima onesta ha dovuto altamente riprovare. Non valse a salvarli l'integrità della vita, sulla quale non si poterono accertare dagli stessi nemici imputazioni serie e fondate; non il diritto di natura, che consente l'associazione per fini onesti, nè la legge costituzionale che la sancisce; non il favore del popolo riconoscente ai preziosi servigi resi con le scienze, le arti, l'agricoltura, ed alla carità profusa sopra la classe numerosa dei poveri. Così uomini, donne, figli del popolo, che avevano rinunziato spontaneamente alle gioie della famiglia, per consacrare al bene del prossimo in pacifiche aggregazioni la giovinezza, i talenti, l'attività, la vita, furono, come congreghe di de-

linquenti, fra tanta ampiezza di libertà, dannati all'ostracismo! »

XXV — Pius X Motu proprio — *Dei providentis* — 16 jul. 1906 dicit: « Dei providentis benignitatem, opportune Ecclesiae temporibus subvenientem, cum alia multa ostendunt, tum hoc praeclare, quod veteribus religiosorum Ordinibus ob conversionem publicarum rerum dispersis afflictisque, nova instituta accessere, quae professionem religiosae vitae retinendo, ingravescentibus christiani populi necessitatibus, multipliciter deserviunt..... Profecto sodalitatum istiusmodi, tam bene de Ecclesia deque ipsa civili societate merentium, sperandum est, numquam defuturam copiam: hodieque libet agnoscere, usque adeo eas increbuisse, ut nullum videatur esse ministrandae caritatis christianae genus, quod illae reliquum fecerint. Verumtamen, quae est humanae conditionis infirmitas, ex ipsa ista talium sodalitatum frequentia, nisi temperatio juris aliqua accesserit, fieri non potest quin aliquando sacrae disciplinae perturbatio quaedam oriatur et confusio.

Encomia quibusdam Ordinibus Religiosis particularia.

1° — Ordinibus Mendicantium universim.

Pius V in Constit. - *Etsi Mendicantium* - an. 1567 ait: Etsi Mendicantium Ordines, qui sedulum in vinea Domini quotidie exhibere non cessant famulatum, summo semper studio, etiam dum in minoribus essemus, amplexi sumus, ad summi tamen Apostolatus apicem, meritis licet

imparibus, divina favente clementia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate et paterno affectu amplectamur, ac exinde pro suis sanctis studiis, honestisque laboribus, proque salute animarum, ab Apostolica Sede, cujus continue pacem et dignitatem Ordines ipsi fortiter tutati sunt, tam spiritualia quam temporalia subsidia ornamentaque acceperint, et accipiant, quibus et sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius atque expeditius exequi et transigere possint, et caeterae personae religiosae, Ordinesque alii, exemplo ipsorum promptiores, alacrioresque ad sua officia persolvenda reddantur...

2° — Fratribus Prædicatoribus.

Alexander IV scribens ad universos Ecclesiarum Praelatos ita de Praedicatorum Ordine solemniter pronuntiavit, die 23 maii 1257 : Caelestis ille agricola, summus Auctor Fidei praecipuusque Protector, Sacrum Praedicatorum Ordinem, quasi lignum fertile, inseruit in Ecclesiae paradiso, ut delectaret amoenitate, ubertate satiaret, et fructuum suavitate mulceret. Hoc itaque speciosum, foecundum et dulce lignum, imbre superno rigatum, pulchra plurima et dulcia poma profert, quorum odore ac sapore confortantur ac convalescunt debiles, variisque detenti laboribus liberantur... Hujus, inquam, ligni percepta fragrantia, cucurrerunt undique ad libamen ipsius innumeri professores fidei, et concurrunt, qui perfruentes assidue illo, et salutaribus ejus convescentes fructibus, de ipsorum praegustata dulcedine, ministrant et ipsi aliis suavia libamenta salutis.

Haec est illa generosa plantatio, quae ramos suos undique expandens, flores plurimos honoris et honestatis, fructusque uberrimos doctrinae profert et virtutis, et odore sanctae et laudabilis conversationis longe lateque diffunditur. Hic est Ordo sacer Praedicatorum, honestate floridus, praeclarus scientia, virtute foecundus, a Sede Apostolica merito approbatus, qui, inter alia plantaria Dominica, puritate conversationis, sapientiae dono, et virtutis merito dignoscitur specialiter insignitus. Hujus sacri, clari, conspicui et approbati Ordinis Fratres Sacrarum Scripturarum studio instanter incumbunt, animarum profectibus, divinis officiis et orationibus incessanter intendunt, atque Evangelicae praedicationi ardenter insistentes, lumen divinae doctrinae ubique per orbem diffundunt. Hi sunt viri doctrina clarissimi, qui contemplationi caelestium ferventer invigilant, et piae vitae studio sine intermissione desudant... Hi sunt viri praeclari, conspicua Religione fulgentes, qui, tamquam lucentia sidera in Ecclesiae firmamento, suis splendidis documentis insinuant mortalibus viam vitae. Hi sunt phialae aureae, plenae odoramentis, qui, sua sacra conversatione suaviter redolentes, hortantur per hoc alios, et inducunt, excussa prorsus inertia surgere, ac properare ad opera bonitatis...

3° — **Fratribus Minoribus O. S. Francisci.**

Pius X in Constit. — *Septimo* — 4 Octob. 1909 revocat in mentem encomia a RR. PP. tributa Ordini S. Francisci, et Ipsemet adjungit propria : « Septimo jam pleno saeculo, postquam Ordinis Franciscalis initia feliciter constituta sunt, jure quidem, quotquot Franciscum auctorem suum

et parentem agnoscunt laetabile factum concelebrant, grataeque pietatis significatione multiplici memoriam viri sanctissimi et immortalia ejus in commune beneficia gestiunt recolere. Sed quamquam praecipua quaedam est ratio, cur id solemne ante alios agant Minoritae: Ejusdem tamen solemnitatis laetitiaeque in partem omnes venire decet, quicumque Franciscana Instituta pro merito suspiciunt, maximeque decet hanc Apostolicam Sedem; cujus cum semper singulari favore et gratia, tum magna existimatione et judicio ipsa illa Instituta floruerunt. Innumerabilia paene eaque praeclara extant hujus rei in actis Decessorum Nostrorum monumenta. Principio Gregorius IX, qui et Seraphici Patriarchae studiose amicitiam coluerat, et, cardinalis, legitimum Franciscalium patronum primus egerat: « Sancta, inquit, plantatio Fratrum Minorum Ordinis sub beato Francisco bonae memoriae incepit, et mirabiliter profecit, per gratiam Jesu Christi flores sanctae conversationis longe lateque proferens, et odores »...

Cum Gregorio plane concinit Nicolaus III: « Haec est Minorum Fratrum mitis et docilis in paupertate et humilitate per almum Christi confessorem Franciscum radicata Religio, qui, ex illo vero semine germinans, germen illud per Regulam sparsit in filios, quos sibi et Deo per suum ministerium in observantia evangelii generavit. Isti sunt filii, qui, docente Jacob, Verbum aeternum Dei Filium, insitum humanae naturae in horto virginalis uteri, potens salvare animas in mansuetudine susceperunt. Ili sunt illius sanctae Regulae Professores, quae evangelico fundatur eloquio, vitae Christi roboratur

exemplo, fundatorum militantis Ecclesiae Apostolorum ejus sermonibus actibusque firmatur. Haec est apud Deum et Patrem munda et immaculata Religio, quae descendens a Patre luminum per ejus Filium exemplariter, et verbaliter Apostolis tradita, et demum per Spiritum Sanctum beato Francisco et eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testimonium Trinitatis»...

Ita etiam hunc ordinem effert Leo X: « Haec est sacra illa Minorum Fratrum Religio, quae, virentibus caeremoniarum foliis, per viros apostolicos, tamquam per palmites extensos a mare usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, vino sapientiae et scientiae irrigavit montes, et implevit terram. Haec est Religio sancta, immaculata, in qua, per speculum sine macula, Redemptoris contemplatur praesentia, vitae Christi et Apostolorum inspicitur forma, per quam primorum Ecclesiae fundatorum ante oculos christianae plebis reducitur norma; quae demum nihil nisi divinum, angelicum, omni perfectione refertum, Christoque nil nisi conforme, non immerito sua dicatur, repraesentat»...

Sed potissime digna sunt, quae commemorentur, acta Leonis XIII, qui quidem... in Constitutione — *Felicitate quadam* — haec habet: « Insignis est enim et benevolentia studioque Sedis Apostolicae dignissima ea, quae Fratrum Minorum familia nominatur, beati Francisci frequens ac mansura soboles. Ei quidem Parens suus quas leges, quae praecepta vivendi ipse dedisset, ea omnia imperavit, ut religiosissime custodiret in perpetuitate consequentium temporum; nec frustra imperavit. Vix enim societas hominum est ulla, quae tot virtuti rigidos custodes eduxerit, vel tot nomini christiano praecones. Christo Mar-

tyres, caelo cives ediderit, aut in qua tantus virorum proventus, qui in artibus, quibus qui excellunt praestare caeteris judicantur, rem christianam remque ipsam civilem illustrarint, adjuverint ». Quibus laudum argumentis egregius Pontifex testimonium suae personalis devotionis afferre gestit dicens: « Franciscum Assisiensem admirari, praecipuaque religione colere ab adolescentia assuevimus, et in familiam Franciscanam adscitos esse gloriamur », certe non minoris, quam Decessorum quivis, grande beati Patris Opus aestimamus, nec secus, atque illi, peculiari quodam studio Nostro dignum ducimus.

4° — Ordini Servorum B. M. V.

B. Benedictus XI O. P. in Constit. — *Dum levamus* — 11 febr. 1304 dicit de Ordine Servorum B. M. V. « Vigilem (quantum nobis ex alto permittitur) curam libenter impendimus, ut cultores vineae Domini Dei Sabaoth sic cultui salutis intendant, quod eadem vinea palmites diffusos extendens salutarium producat fructuum ubertatem. Et licet erga singulos cultores huiusmodi, personas videlicet ecclesiasticas, Apostolica sollicitudo versetur, erga tamen viros religiosos, qui contemplationi caelestium, mundanis relegatis illecebris, piae vitae studio sine intermissione desudant, eo propensiorem nos decet diligentiam adhibere, quo ipsi pro religionis favore sunt amplius Apostolicis praesidiis confovendis. Sane vos..... ».

Pius X in Constit. — *Quinto ac vigesimo anno* — 25 octbr. 1913 « .... Libet palam atque aperte profiteri quo studio et honore Ordinem istum prosequamur, qui divinitus est ad Perdolentem Virginem colendam excitatus. Is profecto tam

utiliter in provehenda apud christianum populum eiusdem Beatae Virginis veneratione laboravit, tot alumnos sanctitate conspicuos caelo inseruit, tot diligentibus administris Ecclesiam praeclarisque viris civitatem auxit, ut religiosas inter familias honestissimum merito locum obtineat. Est praeterea in vestra laude ponendum, ex ea vos condicione et loco, quantacumque fuit temporum rerumque acerbitas, numquam decidisse; quin immo honores caelitum augustis Parentibus decreti tantam videntur adiecisse vobis alacritatem, ut iam tum coeperitis fructus in vinea Domini ferre multo copiosiores.

Incrementa eiusmodi vestra non modo Ordini gratulamur universo, sed etiam uberiora posthac fore confidimus. Cur enim spem nostram fallat eventus....».

5° — **Clericis Regularibus Theatinis.**

Pius V Congregationi Clericorum Regularium Theatinorum an. 1567 ait: Ad immarcescibilem vitae aeternae coronam, ad quam fortes Christi athletae non adversus carnem et sanguinem praeliantes, sed contra spirituales antiqui hostis nequitias, et hujus mundi tenebrarum principatus, assiduo fidei clypeo, et scuto bonae voluntatis armati, lumbisque praecinctis colluctantes, rejectis vanitatibus et illecebris indefesse aspirant, et quo optatum finem tutius consequantur, *Religionis arcem*, unde inimicorum insultibus, dante Domino securius resistere, et hostilia tela propulsare queant, animose ascendunt, elevantes oculos mentis nostrae, paterna pietate et benevolentia ex nostri pastoralis officii debito non abs re jugiter inducimur, ut tranquillo eorum statui, quantum cum Deo possumus, prompte consulamus...

6° — Fratribus Cruciferis.

Pius V. an. 1668 ad Fratres Ordinis Cruciferorum ait: Nihil in Ecclesia Dei, aut praeclarius aut utilius arbitramur, quam optimam disciplinam eorum, qui divini spiritus instinctui obsecuti, sese regularibus institutis devinxerunt. Hi namque cum genere vitae, tum doctrina, operibus et exemplis, certum directumque iter, ad caelestem beatitudinem consequendam, caeteris omnibus fidelibus in saeculo viventibus ostendunt. Quo circa magnam undique curam et diligentiam adhibere necesse est, ut quicumque huic sacro contubernio sunt mancipati, in suae quisque regulae observatione, pie sancteque nutriantur et confirmentur.

7° — Patribus Societatis Jesu.

Pius V in Constit. — *Dum indefessæ* — an. 1571 dicit de Societate Jesu: Dum indefessae considerationis intuitu perscrutamur, quantam christianae Reipublicae utilitatem attulerint Dilecti Filii presbyteri Societatis Jesu, ac plane conspicimus eos vere, mundi hujus relictis illecebris, adeo Servatori suo se dedicasse, ut conculcatis thesauris, quos aerugo et tinea comedit, lumbisque paupertate et humilitate praecinctis, non contenti terrarum finibus, usque ad orientales et occidentales Indias penetraverint, ac eorum aliquos ita Domini amor perstrinxerit, ut etiam proprii sanguinis prodigi, ut verbum Dei inibi efficacius plantarent, martyrio voluntario se supposuerint, perque eorum spiritualia exercitia, etiam regna ipsa fidem Christi agnoverint, ac tam inibi quam ubique terrarum charitatis et

misericordiae opera exercere studeant, facere nullo modo possumus, quin eos tamquam veros palmites in Christo per charitatem conjunctos, et benigne amplectamur, et ea sibi specialiter concedamus, quae et paupertatis per eos emissae voto, et eorum instituto, ac commoditati credimus profutura.....

8° — Militibus Hospitalibus S. Lazari.

Pius V in Constit. — *Sicuti bonus agricola* — (an. 1567) dicit de Militia Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani: Sicuti bonus agricola, qui largiorem ex agro quem colit, proventum colligere cupit, temporum vices sollicitus observat, et positis in eo plantis, non semper irriguos rivos, aut pinguem limum admovet, sed collectum quandoque humorem deducit, ac nimiam ramorum laetitiam cohibet, et ne vires frustra effusae evanescant, ferro comprimit; ita Nos agri Dei nostri culturae, ipso favente, fidelibus studiis incumbentes, Hospitale S. Lazari Hierosolymitani, ejusque Militiam, feracem sane, uti speramus, inter caeteras hujus agri plantam, pridem a compluribus Praedecessoribus nostris ac a Nobismetipsis indulgentiis excultam, ne forte inutili frondium sylva luxuriet, resectis ac veluti putatis ramis sterilibus, intra ordinem ponere, atque ad meliorem et utiliorem cultum (habita horum temporum ratione) reducere cupimus, ut tandem suis in se collectis viribus, et tamquam radicibus solo altius adactis, firmius persistens, suaves atque uberes fructus Domino perferat.....

APPENDICE II

Du livre de la consolation et instruction des Novices.

Echard en parle en ces termes:

F. Anonymus Tolosanus sic a me dictus, quod opus ab eo relictum apud Tolosanos nostros servetur, et ex quo virum pium, vitae regularis apprime studiosum, nec ineruditum, propterea que tironibus informandis praepositum [fuisse liquet], vivebat hoc anno MCCLXXXIII et jam scripserat librum hoc titulo: *De consolatione et instructione Novitiorum a quodam Fratre Ordinis Praedicatorum.* Codex est MS in 4 par. memb. 247 foll. constans.

Prol. « Ego mendicus sum et pauper. Dominus sollicitus est mei. Cum ego pauperculus in scientia et in vita cogar Novitiorum consolationi ex necessitate officii deservire etc.... »

In quatuor particulas divisum est opus; quarum prima est *de charitate et adoptione filiationis.* Ad calcem sic legitur: *Noverint universi, qui in hoc libello legere dignabuntur, quod anno Domini MCCLXXXIII venerabilis pater F. Joannes*

de Vercellis Ordinis nostri magister sextus dulcis memoriae mandavit hunc librum examinari. Jam hujus scriptoris meminimus supra, de B. Dominico agentes. Dissert. 2, ubi quid habeat de duplici Praedicatorum cingulo relatum est.

Hunc librum praelo dare deberent Tolosani nostri, ex quo plures antiquas ordinis consuetudinis discere liceret.

(*Echard*, Tom. I, pag. 395).

En résumé c'est un grand traité ayant pour but d'enseigner aux Novices les voies de la vie spirituelle. Pour y mieux réussir, l'auteur prend. comme figures, les lieux et les actes de la vie régulière, que les Novices ont sans cesse sous les yeux et auxquels ils participent: Parloir, Réfectoire, Dortoir, Infirmerie, Chapitre, Chœur, etc. De nombreux sujets en miniature ornent le livre et, bien qu'imparfaitement dessinés, un peu grotesques même, sont très intéressants, comme faisant connaître divers détails de l'observance régulière, telle qu'elle était en vigueur alors; v. g. la coupe des vêtements, le soin des malades, etc.

La table des matières que nous reproduisons ci-après, donne une idée de l'ordre et de l'ampleur avec lesquels les diverses questions relatives à la vie ascétique sont traitées par le pieux, savant et modeste auteur.

INCIPIUNT CAPITULA HUIUS LIBRI

Libellus iste de consolatione et instructione novitiorum, sicut in ejus principio dicitur, in quatuor particulas est divisus.

Capitula primae particulae.

Prima particula est de charitate adoptivae filiationis, quae sic incipit: *Fi'i.* Et habet quatuor distinctiones :

In prima distinctione ostenditur quam magna est charitas Dei Patris, et quando de homine per adoptionem filium suum facit. Et haec habet tria capitula.

In primo ostenditur illud ex filialis gratiae potestate.

In secundo, ex filialis amicitiae unitate.

In tertio, ex filialis gloriae dignitate.

In secunda distinctione ostenditur qualiter inter Deum et hominem paterna et filialis charitas contrahitur. Et haec habet duo capitula.

In primo ostenditur qualiter caelestis Pater se habet ad filium adoptivum.

In secundo ostenditur qualiter filius adoptivus se debet habere ad Patrem suum.

In tertia distinctione ostenditur qualiter et per quae paterna et filialis charitas inter Deum et hominem dissolvatur. Et haec habet tria capitula.

In primo ostenditur quod haec charitas dissolvitur, quando filius Patrem caelestem pro diabolo derelinquit, faciens de diabolo patrem suum.

In secundo ostenditur quod dissolvitur haec charitas, quando filius adoptivus in se Patris similitudinem non ostendit.

In tertio ostenditur quod dissolvitur haec charitas, quando filius adoptivus nec praeceptis Patris, nec promissis, nec terroribus adquiescit.

In quarta distinctione ostenditur qualiter adoptiva charitas, per peccatum filii dissoluta, per ejus poenitentiam et Patris caelestis gratiam reintegratur. Et habet quatuor capitula.

In primo ostenditur qualiter peccator debet statum suum discutere.

In secundo, qualiter debet confessionem facere.

In tertio, qualiter debet Patris caelestis misericodiam implorare.

In quarto, qualiter Pater caelestis dignatur poenitentem in filium recipere, et pristinam gratiam ei dare.

Capitula secundae particulae.

Secunda particula est de dignitate divinae servitutis, vel administrationis. Quae sic incipit: *Accedens ad servitutem Dei.* Et habet sexdecim distinctiones.

In prima distinctione ostenditur quare dignum est ut Deo ab homine serviatur. Et haec habet quatuor capitula.

In primo ostenditur quod dignum est ut Deo serviatur, ratione suae dominationis.

In secundo, ratione suae exaltationis.

In tertio, ratione quadruplicis obligationis.

In quarto, ratione triplicis promissionis.

In secunda distinctione ostenditur quae dignitas exigitur in servo, vel ministro, qui tanto Domino famulatur. Et haec habet sex capitula.

In primo ostenditur quod in servo Dei exigitur dignitas regiae majestatis. Et ostenditur ibi quod tres provincias debet regere servus Dei.

In secundo capitulo ostenditur quod exigitur in servo Dei dignitas intelligentiae et sagacitatis.

In tertio capitulo ostenditur quod exigitur in servo Dei dignitas obedientiae et fidelitatis. Ubi ostenditur quare Deo et ejus vicario sit obediendum, et modus obedientiae, et fructus.

In quarto capitulo ostenditur quod in servo Dei exigitur dignitas munditiae et sanctitatis.

In quinto ostenditur quod in servo Dei exigitur dignitas renovantiae et novitatis. Et ponuntur ibi octo novitates, quas debet habere servus Dei.

In sexto capitulo ostenditur quod in servo Dei exigitur dignitas amicitiae et charitatis.

In tertia distinctione ostenditur quod dignitas exigitur in ministrandi modo, ut gratus a Domino habeatur. Et non habet nisi unum capitulum, in quo ostenditur quod servitium spirituale plus placet Deo quam corporale. Et ideo religiosus debet totum ordinem edificare spiritualiter in mente; et debet arbitrari decem mnas esse spiritualiter decem principales ordinis officinas, de quibus ab eo lucrum et rationem exigit Rex aeternus.

In quarta distinctione agitur de claustro duplicis affectionis animae. Et haec habet tria capitula.

In primo capitulo ad faciendum claustrum animae auctoritas inducitur.

In secundo capitulo ostenditur quomodo claustrum animae ex quatuor lateribus efficitur et quadratur.

In tertio capitulo ostenditur quomodo inter illa quatuor latera pratum conscientiae perficitur Deo gratum.

In quinta distinctione agitur de ligno vitae, in claustro conscientiae transplantato. Et haec habet duo capitula.

In primo capitulo ostenditur qui sunt duodecim fructus ligni vitae.

In secundo capitulo excitatur desiderium animae ad esum fructuum ligni vitae.

In sexta distinctione ostenditur qualiter officialium spiritualium ordo circa claustrum animae disponitur.

In septima distinctione agitur de locutorio secretae meditationis animae, in quo Deus cum anima loquitur, et anima soli Deo. Et haec habet tria capitula.

In primo ostenditur ubi hujusmodi locutorium situatur.

In secundo capitulo agitur de solitudine, et quid secum mens solitaria loquitur.

In tertio capitulo ostenditur quae verba et quae secreta in hoc locutorio Deus animae loquitur et revelat.

In octava distinctione agitur de refectorio devotionis. Et haec habet novem capitula.

In primo capitulo ostenditur de refectorio devotionis, ubi sit.

In secundo ostenditur quis est refectorarius

in refectorio devotionis, et quae est mensa quam ponit.

In tertio capitulo agitur de cibo devotionis. Et ostenditur ibi quod effusio lacrimarum cibus est salutaris, quo caelestis refectorarius cibat animam poenitentem.

In quarto capitulo agitur de pulmento quo sapide comeditur cibus lacrimarum; quod est meditatio infernalium tormentorum.

In quinto capitulo ostenditur quod caeleste convivium est pictantia delicata in refectorio devotionis, quae habet a lacrimis omnem amaritudinem removere. Et agitur ibi de tempore caelestis convivii, et de facientis dignitate, et de convivarum societate, et de loci amoenitate, et de ministrorum idoneitate, et de cibi voluptate.

In sexto capitulo agitur de salsae condimento in refectorio devotionis, cum quo cibus lacrimarum comeditur cum dulcedine et sapore.

In septimo capitulo agitur de ministris, qui habent in refectorio devotionis lacrimas ministrare.

In octavo capitulo agitur de lectione mensae, et lectore, in refectorio devotionis, quae habent animam ad lacrimas provocare.

In nono capitulo agitur de triplici fructu, qui datur in refectorio devotionis.

In nona distinctione agitur de templo sanctificationis animae, in quo habitat ipse Deus. Et haec habet novem capitula.

In primo capitulo ostenditur quomodo templum aedificatur in anima, ut Deus habitet in eo.

In secundo capitulo ostenditur quomodo debet anima, in suo templo, pro altari charitatem firmiter stabilire.

In tertio capitulo agitur de sacerdote qui debet in templo animae Deo sacrificare.

In quarto capitulo agitur de imaginibus divinae repræsentationis, et sanctorum, quae debent in templo animae apparere.

In quinto capitulo agitur de digna oblatione, vel hostia, quam debet anima in templo suo interiori Deo offerre.

In sexto capitulo agitur de candelabro luminis, et lucernis, quae debent templum animae illustrare.

In septimo capitulo agitur de libro, quem in suo templo interiori debet anima reperire, et in quo debet suas facere lectiones.

In octavo capitulo agitur de clericis et cantoribus utriusque chori, qui debent in templo animae decantare.

In nono capitulo agitur de praeposito, vel sacrista, ad quem pertinet omnia quae sunt in templo animae gubernare.

In decima distinctione agitur de capitulo intimae correctionis, in quo anima capitulat semetipsam. Et haec habet tria capitula.

In primo capitulo ostenditur quare, et quando, et super quae anima ad hoc capitulum convocatur.

In secundo capitulo ostenditur quis est Prior in hoc capitulo, et quomodo ipsum capitulum celebratur.

In tertio capitulo agitur de imagine Crucifixi, quae in hoc capitulo debet esse.

In undecima distinctione agitur de dormitorio contemplationis animae. Et haec habet tredecim capitula.

In primo capitulo ostenditur quod dormi-

torium quietis animae non sit in aliqua creatura.

In secundo ostenditur quod Dei visio sit dormitorium, in quo anima dormiens requiescit.

In tertio capitulo ostenditur quod per scalam Jacob, et per sex gradus ejus, ad contemplationis dormitorium ascenditur.

In quarto capitulo ostenditur quod primum gradum scalae contemplationis efficit suspendium carnalis mortificationis.

In quinto capitulo ostenditur quod secundum gradum scalae contemplationis efficit exercitium spiritualis scopationis.

In sexto capitulo ostenditur quod tertium gradum scalae contemplationis efficit itinerarium spiritualis ambulationis. Ubi agitur de diversis generibus virtutum.

In septimo capitulo ostenditur quod quartum gradum scalae contemplationis efficit studium intellectualis inquisitionis. Ubi etiam ostenditur quomodo Deus cognoscitur in rebus creatis.

In octavo capitulo ostenditur quod quintum gradum scalae contemplationis efficit desiderium praecordialis affectionis. Ubi ostenditur quare desiderabilia hujus mundi debent modicum reputari, et desiderabilia caeli debent plurimum concupisci, sed desiderabilia Dei debent super omnia affectari.

In nono capitulo ostenditur quomodo sextum gradum scalae contemplationis efficit divinum auxilium cordialis ascensionis.

In decimo capitulo agitur de termino contemplationis, id est, de dormitorio totalis requietionis, et de lecto quem ibi anima invenit, et quemadmodum ibi dormiens requiescit, et de

alis cherubim quas habuit beatus Paulus in suo raptu.

In undecimo capitulo agitur de exemplo Sancti Dominici, et de duabus scalis ejus.

In duodecimo capitulo agitur de cella in dormitorio contemplationis, et de libro vitae in quo studet animus contemplantis.

In decimo tertio capitulo ostenditur quis disponat ad contemplationem; *a*) et quid est contemplatio, et in quo differt a meditatione et cogitatione; *b*) quod praecedat vita activa contemplativam; *c*) quid est vita contemplativa; *d*) et de sex gradibus Richardi; *e*) et quid est raptus, et ad quid et quomodo fiat; *f*) et alia notabilia de contemplatione; quae omnia in illo capitulo coarctantur.

In duodecima distinctione agitur de hospitio divinae receptionis, in quo Deus ab anima recipiatur. Et haec habet quatuor capitula.

In primo capitulo agitur de hospitis qui venturus est in hospitium consideratione. Et ponuntur quinque conditiones ejus, quibus debet ei anima hospitium praeparare.

In secundo capitulo, agitur de domus in qua hospitatur celestis hospes consideratione. Et ponuntur undecim ejus conditiones. Ostenditur enim ibi quod haec domus debet esse pulchra; et hoc ex parte materiae, et ex parte formae, et ex parte celaturae, et ex parte picturae. Item, quod debet esse in alto aedificata. Item, quod debet esse magna, firma, sancta et munda, pacifica, remota, fenestrata, omnibus bonis plena, et perfecta, aromatica, quasi paradiso aromatico circumclusa; ubi agitur de fluvio paradisi, qui dividitur in quatuor capita; et ad quid Christus

de domo descendit in hortum ejus; et agitur ibi de triplici unguento. Item ostenditur quod domus debet esse clausa.

In tertio capitulo ostenditur qualiter anima debet suum hospitium Christo Domino praeparare, et suam familiam, et seipsam.

In quarto capitulo ostenditur quis est receptor caelestis hospitis, qui habet Christum Dominum tanquam hospitem introducere, et ei serviens ministrare.

In decima tertia distinctione agitur de eruditorio, sive schola divinae eruditionis. Et haec habet septem capitula, quorum quintum et septimum distinguuntur per litteras alphabeti de rubro, propter sui prolixitatem.

In primo capitulo autem hujus distinctionis investigatur de scholis spiritualibus divinae eruditionis, ubi sint.

In secundo capitulo inquiritur de eruditore seu magistro interiore et exteriore, quis sit.

In tertio capitulo ponuntur duodecim rationes, quae provocant animam ut ad discipulatum Christi veniat. Et ponuntur tres rationes a parte nobilitatis magistri; et tres a parte potestatis eiusdem; et tres a parte cognoscendae veritatis; et tres a parte humanae utilitatis. Et iterum agitur de triplici veritate Christi.

In quarto capitulo ostenditur quomodo quis efficitur discipulus Christi. Et ponuntur ibi novem conditiones discipulorum ejus Christi; quarum tres respiciunt Deum, tres respiciunt proprium subjectum, tres respiciunt proximum.

In quinto capitulo ostenditur quod sola Christi eruditio ducat ad beatitudinem. Et probatur de qualibet arte, quod per se non ducit ad

beatitudinem, si Christi eruditio omittatur; quod ars poetica per se non ducit ad beatitudinem; quod grammatica per se non ducit ad beatitudinem; quod logica per se non ducit ad beatitudinem; quod rethorica per se non ducit ad beatitudinem; quod medicina per se non ducit ad beatitudinem; quod astronomia per se non ducit ad beatitudinem; quod musica per se non ducit ad beatitudinem; quod arithmetica per se non ducit ad beatitudinem; quod geometria per se non ducit ad beatitudinem; quod generaliter ulla ars physica seu mechanica per se non ducit ad beatitudinem, si Christi eruditio omittatur; et de numero et sufficientia septem mechanicarum artium.

In sexto capitulo agitur de sapientia salutari, in qua debet studere discipulus Christi. Et distinguitur ibi triplex sapientia. Deinde ostenditur quomodo studium activorum et contemplativorum perficitur in sapientia salutari.

In septimo capitulo agitur de septem liberalibus artibus pedissequis et servientibus sapientiae salutari. Et ostenditur ibi de quacumque arte, quomodo servit sapientiae salutari: quomodo grammatica servit sapientiae salutari; quomodo logica servit sapientiae salutari; quomodo rethorica servit sapientiae salutari; quomodo arithmetica servit sapientiae salutari; quomodo musica servit sapientiae salutari; quomodo geometria servit sapientiae salutari; quomodo astronomia servit sapientiae salutari. Ubi ostenditur quomodo homo possit esse similis caelo quantum ad substantiam, et quantum ad situm, et quantum ad ornatum solis et lunae, et quantum ad septem proprietates stellarum, et quantum ad

sex differentias earum, et quantum ad motum caeli. Quod sapientia salutaris in quadruplici genere causae superat omnes artes.

In decima quarta distinctione agitur de vestiario virtutum, in quo vestitur anima virtutibus. Et haec habet quatuor capitula.

In primo capitulo ostenditur quod vestis animae sit virtus, et quod ejus vestiarius est Christus, et quod vestiendi modus imitatio est ejusdem.

In secundo capitulo ostenditur quod per tunicam Christi insutilem tres virtutes theologicae designantur, et vestis nuptialis quae necessaria est cuilibet christiano.

In tertio capitulo ostenditur quod per quatuor partes vestimentorum Christi intelliguntur quatuor virtutes cardinales, quae applicantur ad quatuor vestes fratrum nostri ordinis speciales: videlicet ad duas tunicas, et ad caputium, et ad cappam, quibus debet esse anima nostra spiritualiter induta.

In quarto capitulo agitur de calceamentis, et de duplici cingulo, et de commendatione virtualium vestimentorum.

In decima quinta distinctione agitur de infirmitorio compassionis, in quo anima, infirmis peccatoribus compatiens, famulatur. Et haec habet sex capitula.

In primo capitulo ostenditur quomodo hic mundus sit infirmitorium, in quo homines, qui non regunt se sicut debent regimine rationis, spiritualiter infirmantur.

In secundo capitulo ostenditur quae differentia sit inter corporales et spirituales infirmitates.

In tertio capitulo agitur de septem infirmitatibus spiritualibus.

In quarto capitulo agitur de medico salutari, qui sanat omnes infirmitates.

In quinto capitulo ostenditur quomodo infirmi peccatores ab anima visitentur, et etiam serviuntur.

In sexto capitulo agitur de mensa et de cibis quae ab anima infirmis peccatoribus praeparantur.

In decima sexta distinctione agitur de septem sapientibus regis Assueri, id est, de septem principalibus officialibus interioris ordinis in generali : scilicet de Magistro generali, de Priore provinciali, de Priore conventuali, de Subpriore speciali, de eleemosinario spirituali, de dispensatore universali, de janitore singulari.

In secundo capitulo ostenditur quod Spiritus Sanctus in interiori ordine magister est generalis.

In tertio capitulo ostenditur quod primatus sapientiae salutaris est in interiori ordine prior provincialis.

In quarto capitulo ostenditur quod prioritas propriae correctionis est in interiori ordine prior conventualis.

In quinto capitulo ostenditur quod subjectio humilitatis sit in ordine interiori subprior specialis.

In sexto capitulo ostenditur quod instantia orationis sit in interiori ordine eleemosinarius spiritualis.

In septimo capitulo, ostenditur quod fidelitas dispensationis sit in ordine interiori dispensator vel procurator universalis.

In octavo capitulo ostenditur quod vigilantia rationis sit in ordine interiori janitor singularis.

In nono capitulo ostenditur quomodo cor debeat custodiri. Et ponitur epilogus generalis totius secundae partis.

Expliciunt capitula secundae particulae.

Capitula tertiae particulae

Tertia particula hujus opusculi est de stabilitate sanctæ conversationis, quae consistit in justitia et timore. Quae sic incipit: *Sta in justitia et timore.* Et haec particula non distinguitur per distinctiones, sed per capitula. Habet autem haec particula sexdecim capitula.

In primo capitulo ostenditur quod sancta conversatio consistat in stabilitate justitiae et timoris.

In secundo capitulo ostenditur quae est justitia, ad quam tenetur omnis homo generaliter.

In tertio capitulo agitur de triplici justitia, ad quam tenetur quilibet religiosus specialiter.

In quarto capitulo agitur de perfectione justitiae, ad quam tenentur praedicatores singulariter.

In quinto capitulo agitur de justitia quam debet homo religiosus sectari in monasterio, seu in claustro, quantum ad Deum, et quantum ad Praelatum, et quantum ad seipsum, et quantum ad proximum.

In sexto capitulo agitur de justitia cum qua debet apparere servus Dei coram Deo, in Ecclesia, seu in templo.

In septimo capitulo agitur de justitia quam debet habere servus Dei in capitulo, quantum ad

seipsum, et quantum ad Praelatum, et quantum ad proximum.

In octavo capitulo agitur de justitia quam debet habere servus Dei in studio sapientiae, quantum ad seipsum, et quantum ad Deum, et quantum ad proximum, et quantum ad studendi modum sive ordinem.

In nono capitulo agitur de justitia quam debet habere servus Dei in refectorio et hospitio, comedendo et bibendo, serviendo et legendo.

In decimo capitulo agitur de justitia quam debet habere servus Dei in locutorio.

In undecimo capitulo agitur de justitia quam debet habere servus Dei in dormitorio.

In duodecimo capitulo agitur de justitia quam debet habere servus Dei in infirmitorio, sive infirmetur, sive serviat infirmis.

In decimotertio capitulo agitur de justitia quam debet habere religiosus in habitu seu vestitu.

In decimoquarto capitulo agitur de justitia quam debet servare servus Dei quando vadit extra monasterium sive domum.

In decimoquinto capitulo agitur de timore in quo se debet tenere vir religiosus.

In decimosexto capitulo agitur de stabilitate justitiae et timoris, in qua se debet habere vel tenere servus Dei.

Expliciunt capitula tertiae partis.

Capitula quartae particulae

Quarta particula huius opusculi est de sedulitate debitae praeparationis animae ad tentationem; quae sic incipit: *Praepara animam tuam*

ad tentationem. Et haec particula non distinguitur per distinctiones, sed per capitula. Habet autem sex capitula.

In primo capitulo ostenditur qui sunt inimici qui habent novitios tentationibus impugnare. Ubi ostenditur quod novitii ex quinque partibus impugnantur. Et quare tentatio diaboli plurimum est timenda.

In secundo capitulo agitur de confidentia victoriae, in qua debet novitius confidere, et sperare quod ab omnibus tentationibus se defendet.

In tertio capitulo agitur de peritia artis pugnae spiritualis, quam debet scire novitius et habere. Et ponuntur ejus duodecim documenta.

In quarto capitulo agitur de armis quibus se debet novitius defendere et armare.

In quinto capitulo agitur de corona vitae, quam post victoriam tentationum Deus novitio habet dare.

In sexto capitulo agitur de perseverantia finali, quae sola meretur coronam victoriae de praelio reportare; et de vulneribus Crucifixi, quibus juvatur novitius, ut in cruce poenitentiae moriatur, sicut ipse Christus Dominus mortuus est in cruce.

Expliciunt capitula quartae particulae totius hujus opusculi et tractatus. Benedictus qui dignatus est ea incipere, perficere, et finire. Amen.

TABLE DES MATIERES

Dédicace . . . . . *Pag.* 5
Étude sur la vocation religieuse, principalement sur la vocation Dominicaine » 9

CHAPITRE I. — **Excellence de la vocation religieuse.**

§ I Elle renferme une donation conforme aux Conseils évangéliques . . . . » 9
§ II Donation parfaitement libre . . . » 11
§ III Donation totale . . . . . » 18
§ IV Donation perpétuelle . . . . . » 20
§ V Donation consacrée par l'esprit de religion. . . . . » 23
§ VI Donation ratifiée et protégée par le St. Siège Apostolique . . . . . » 26

CHAPITRE II. — **Décision de la vocation.**

§ I Conseils préalables . . . . . » 43
§ II Informations Episcopales . . . . » 51
§ III Jugement des Supérieurs Réguliers » 64
1° Pour l'acceptation à la vestition et à l'année de probation. . . . . » 65
2° Pour l'admission à la profession . » 66

CHAPITRE III. — **Formation de la vocation.**

§ I Oraison . . . . . » 74
§ II Observation . . . . . » 77

§ III Instruction. . . . . *Pag.* 83
§ IV Consolation . . . . . » 102
§ V Réformation . . . . . » 111
§ VI Transformation . . . . . » 119

Appendice I.

Témoignages des Papes en faveur de l'Etat religieux . . . . . » 135
§ I **Encomia generalia** . . . . . » 135
§ II **Encomia quibusdam Ordinibus Religiosis particularia** . . . . . » 158
1° Ordinibus Mendicantium universim » 158
2° Fratribus Praedicatoribus. . . . » 159
3° Fratribus Minoribus O. S. Francisci » 160
4° Ordini Servorum B. M. V. . . . » 163
5° Clericis Regularibus Theatinis . . » 164
6° Fratribus Cruciferis . . . . . » 165
7° Patribus Societatis Jesu . . . . » 165
8° Militibus Hospitalibus S. Lazari . » 166

Appendice II.

Du livre de la consolation et instruction des Novices . . . . . » 167
Incipiunt capitula huius libri . . . » 169
Capitula primae particulae . . . . » 169
Capitula secundae particulae . . . » 170
Capitula tertiae particulae . . . . » 181
Capitula quartae particulae. . . . » 182

Stab. Tip. Riccardo Garroni, Piazza Mignanelli, 23.

24434

271.1
L 568

AUTHOR

Lettre a un maitre des novices

TITLE

DATE

OUVRAGES DOMINICAINS RECOMMANDÉS

Catéchisme du Tiers-Ordre ou douze entretiens sur le Tiers-Ordre de Saint-Dominique . . . . . fr. 1 —

Instruction des Novices. 2me éd., Paris, 1905 . . . . fr. 7 —

Petites Retraites ou Recueil de retraites du mois et annuelles . . . . . fr. 2 —

Retraite ecclésiastique d'après l'Evangile et la vie des Saints. 1 Vol. in-8, 1903 . . . . . fr. 2 50

Retraite fondamentale composée de méditations, examens et lectures, à l'usage des Ecclésiastiques, des Religieux et des personnes pieuses. 1 Vol. in-8° . . fr. 2 50

Trois Retraites progressives composées de méditations, d'entretiens et de lectures, à l'usage des Ecclésiastiques, des Religieux et des pieux fidèles. 3 Vol. in-8° fr. 6 —

Elévations sur les grandeurs de Dieu, les perfections de Jésus-Christ, les misères et la dignité de l'homme, les Dons du Saint-Esprit et les Béatitudes évangéliques. In-8° . . . . . fr. 1 —

Vie de Saint J.-B. de Rossi, dit l'ami du peuple. Vol. In-8° fr. 2 —

Vie du Bienheureux André Abellon, peintre, Prieur de Sainte-Marie-Madeleine à Saint-Maximin . . . . fr. 2 —

Vie du Bienheureux Raymond de Capoue, XXIIIme Général de l'Ordre de Saint-Dominique et Confesseur de sainte Catherine de Sienne. 1 Vol. in-8° . . . . . fr. 2 —

Vie du Révme P. Alex. Vinc. Jandel, LXXIIIme Maître Général des FF. Prêcheurs. 1 Vol. grand in-8°. . fr. 4 —

Vie de Monseigneur Pio del Corona, O. P., évêque de San-Miniato . . . . . fr. 1 50

La B. Diane d'Andalò et les BB. Cécile et Aimée, dominicaines . . . . . fr. 1 50

Vie de Mgr. Dominique Canubio, Ev. de Ségorbe O. P. . . . . . fr. 2 50

Catherine Jarrige dite Catinon-Menette. Tertiaire de Saint-Dominique, apôtre pendant la Révolution . fr. 1 —

Quinze entretiens sur la liturgie Dominicaine . . . fr. 2 —

Petite année dominicaine ou recueil d'exemples, de praques et d'aspirations pour tous les jours et les principales fêtes de l'année . . . . . fr. 1 50

Directoire et Coutumier des Sœurs Dominicaines de vie cloîtrée et contemplative . . . . . fr. 1 —

La dévotion à Marie et à son Scapulaire dans l'Ordre de Saint-Dominique . . . . . fr. 0 75

Marthe et Madeleine, discours pour la vêture d'une Sœur Converse 0 25

Lettres du Révme P. Hyacinthe-Marie Cormier : 1° à un Supérieur sur l'Observance régulière ; 2° à un Professeur de Théologie ; 3° à un Etudiant en Ecriture-Sainte ; 4° à un Chantre ; 5° à un Frère-Prêcheur gardien de la Sainte-Baume ; 6° aux Frères et Sœurs sur les Processions ; 7° sur la manière de *servir ses frères* ; 8° Aux étudiants — *Sed contra ;* 9° Les fins et l'excellence de l'état religieux. *Ad quid venisti?* 10° Trois symboles de la vie religieuse : *Milice, Négoce, Agriculture.*
Chaque lettre. . . . . fr. 0 50

COLLÈGE ANGELICO
Via S. Vitale, 15
ROME

LIBRAIRIE POUSSIELGUE
Rue Cassette, 15
PARIS